



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 49. Hoc idem decretum Regis jussu ad Parlamenti acta relatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

„nullo privilegio Episcopis auferri va- Sæc. XVII.  
 „leat. Refractarii autem vel Episcopi A. C. 1665.  
 „non subscriptentes, vel subscriptionem  
 „non urgentes juxta Constitutiones  
 „Canonicas & Regni nostri leges, re-  
 „mota omni appellandi facultate punian-  
 „tur, eorum beneficia vacare decla-  
 „rentur, & proventus eis eripiantur,  
 „& ad omnia beneficia incapaces sint,  
 „nisi prius subscripterint: Prohibemus  
 „etiam, ne Jansenii liber vendatur vel  
 „retineatur, nec in ejus defensionem  
 „quicquam scribatur, vel typis edatur,  
 „sub poena haereticorum fautoribus &  
 „publicæ quietis perturbatoribus præ-  
 „stituta, &c.

### §. XLIX.

*Hoc idem decretum Regis iussu ad  
Parlamenti acta relatum.*

**Q**uoniam vero Rex probe perspectum  
 haberet, non paucos ex Parla-  
 menti Senatoribus famosa distinctione  
 juris & facti formulæ subscriptionem  
 elusisse, hinc se præsente non modo Re-  
 gium hoc decretum, sed etiam nupe-  
 ram Pontificis Constitutionem una-  
 cum annexa formula prælegi, promul-  
 gari, ad Parlamenti acta referri, &  
 ab omnibus observari præcepit. Huic  
 Regis mandato die vigesima nona Apri-

K 3

lis



Sæc. XVII. lis Parliamentum morem geslit. hoce  
A C. 1665. decretum ac Alexandri Papæ Con-  
stitutionem actis suis inseruit. Id ve-  
potius Regis reverentia, quam sine  
obtemperandi pronitate factum fuisset  
haud temere conjici potest, postquam  
enim Sorbona paulo ante die tertiarii  
bruarii hanc propositionem: *Ad fidei*  
*pertinet inhærere determinationi summi Pa-*  
*tificis in his, quæ sunt fidei & quæ spei*  
*ad bonos mores, quia in hujusmodi*  
*Ecclesia errare non potest*, tanquam  
fam & temerariam perstrinxit, ha-  
que censuram Parliamentum die vi-  
sima nona Julii approbavit, & Papam  
esse fallibilem, necnon Concilium.  
Decretis subjectum pluribus ostendit  
sategit, ægre quis sibi persuadere po-  
rit, quod Parliamentum sincera fide in-  
dere & jurare voluerit, quinque pro-  
positiones ex Jansenii libro excerpta  
in sensu ab eodem intento damnata  
esse, ex eo duntaxat capite, quia  
a duobus Pontificibus decisum fuisset.  
Sub idem ferme tempus Parisis con-  
sumptum quoddam, in quo Robertus S.  
dis Apostolicæ Nuntius sibi Pontificis  
Delegati titulum apud Regem & Regis  
Ordines asserebat, publice Apparitor  
manibus laceratum est.